



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

30 Lucra delata Fisco repudiari non possunt inconsulto Aduocato Fiscii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

rum sententia rescinditur, eiusdemquè rei meminit etiam Reuerendissimus Scannarolus dicto cap. 4. sub num. 11. Imò nec illo inconsulto possunt repudiari lucra delata Fisco l. 1. C. de Repudiatione Bonorum possess. Peregr. dicto tit. 2. num. 2. vers. Et præterea Alfarus dicta glos. 16 de Fisco agente Priuileg. 66. num. 212. Reuerendissimus Scannarolus dicto cap. 4. num. 13.

Nec solum debet interesse propositioni, ac discussioni causæ, sed etiam quando porriguntur vota, euidenti ratione, quam post Iacob. Calicium in Margaritha Fisci in præfatione num. 4. tradit Berart. dicto cap. 12. num. 11. ibi, Fiscus Aduocatus debet

af-

SEPTIMUM. 257

assistere in Consilio ad effectum, quod si videt commoda Fiscalia occultari, vel ledi, vel etiam priuatas personas ledi, vel opprimi, vel iustitiam subuerti. *Votantibus* * expressè contradicet, & nè 31 sub silentio pertranseat, dicendo nolo aliquid dicere, vel votare, quia ubi non contradixerit, in peccato *Votantium* inuolueretur, cum quo transit Reuerendissimus Scannarolus dicto cap. 4. num. 12. subdens tamen ex notatis à Gam. dec. 10. & Cabedo dec. 119. part. 2. utroque in fine, ac Maltrill. dicto cap. 8. num. 88. hoc ab illo explicandum esse * 32 sine contentione, modestè se gendo, dum vota contrà eius sententiam proferuntur.

R In-